¶ Quare femelle animaliũ brutoꝝ non appetũt coytũ post impregnationẽ Rñdet scđm Albertũ ꝙ tunc matrix femine est clausa et menstrua tunc sunt retenta. ergo appetitus circa illa cessat

¶ Queritur quare tunc mulieres et equa post impregnationẽ appetunt vt dicit Arestotiles in libro de animalibus. Rñdetur scđm Galienũ de muliere. Recordatio iuuat ad coytũ qꝛ mulieres recordãtur ad dclectationẽ i coytu precedenti habitam. et sic coytum appetunt. Sed de equa. Rñdetur qꝛ est animal multũ comedens ⁊ habet i se multas fumositates distemperatas qꝛ appetunt aliud sperma eo ꝙ omne simile appetit suum simile

¶ Queritur quare repleto corꝑe non est coeundũ Re-

spōdet scđm Arestotilē. q2 ꝓibet digestionē similiter non est bonum ventri famelico quia ille coytus valde debilitat corpus animalis ꝛc

¶ Queritur quare non sit bonū post balneū coyre. q2 tunc pori sunt aperti et calor p totū corpus dispersus. ergo coytus sequēs balneū maxime infrigidat ipm corp⁹.

¶ Queritur quare post vomitū ꝛ post solutionē ventris minime valet coytus Rn̄detur q2 est valde periculosum facere duas purgatiōes in vno die vt dicit ypocras et Galienus. Sic est de coytu et solutione ventris cū renes p coytū purgātur et intestina p vomitum

¶ Queritur quare animalia agrestia i coytu sūt valde furibūda ꝙ patet in ceruis qui tūc maxime clamant ꝛ vociferant. ut etiā patet de azinis qui tunc solent insanire vt dicit Constantinus ex auctoritate Ipocratis. Respondetur quia tunc membra sunt maxime incensa ex appetitu venerio: quia natura laborat ad expellēdū superflua que in sensu disponunt ad iram ꝛ ad furorem. ergo post coytum sunt statim mansueta

¶ Queritur quare in coytu sit tanta delectatio. rn̄det quia coytus est opus despectū in se ꝛ totū malū et valde inmūdum ita ꝙ omnia animalia naturaliter ab horrent ipsum et si non fuerit tanta delectatio nunꝙ fieret actus coytus quia immundus est et maliciosus. ꝛ ergo natura in tali delectatione se diligenter exercet vt species rerum possent seruari

¶ Queritur quare frequēter coeūtes nō habēt tātam delectationē sicut raro coeuntes. Rn̄detur ꝙ hoc fit propter tres rationes. Prima quia meatus seminis est bene largus et amplus. ergo semen nō facit ibi moram ex cuius mora inducitur delectatio. Secūda causa: quia in illis semꝑ coeuntibus ꝓpter continuum coytum est paucitas seminis: et iterum nō facit delectationē Tertia cau

sa. quia in illis aliquando loco seminis emittitur sāguis crudus et indigestus vel alia materia aquosa et quia hec nō est calida. ergo talem delectationē in se non habent.

Queritur. vtrum coytus potest fieri p os. scz q aliqua animalia concipiunt per os vt dicunt quidā de cornicibus q osculando se rostro coeunt et concipiunt. Et quidā dicunt q mustela concipit et parit per os. Respondetur scdm Arestotilē in libro de animalibus q ille sermo est penitus falsus et est sermo fictus. quia licet columbe rostrisant se. tamen ex hoc non concipiunt et ex illo coeunt. Etiā quia mustela semp portat fetum suū de loco ad locū. et ergo putant q parit p os. vn̄ Arestotiles ita declarat et arguit. Quicquid intrat p os hoc digerendo cōsumitur. Sed semina intrāt p os. ergo semina digerēdo cōsumuntur maior patet quia non est dabilis instantia. sed ꝯsequentia tenet in darij. Sed diceret quis tamē beata virgo concepit per aurem. ergo possibile est q aliqua concipiunt per os Rn̄detur q hoc nō est naturaliter sed supnaturaliter et miraculose. et de illo nichil ad ꝓpositum Unde dicit Albertus magnus. quid mihi de theologia cum phisice loquor

Queritur vnde generatur semen viri. ibi dicitur q sūt ibi opiniōes opposite medicorum et philozophorum et dicūt quidā q sit humor supfluus quarte digestionis. Et aliq̄ dicunt q sperma sit sāguis purus a cerebro fusus et est decoctum et in testiculis dealbatum Sed alij dicūt q sit supfluum prime secunde et tertie digestionis. Sed quia similia sunt sudor vrina sputum flecma colera. et ergo dicit in de generatioe animaliū q sperma semp est superfluum vltimi nutrimenti. scz sanguinis per totū corpus dispersi. Sed tamē precipue diffūditur et dimittitur a mēbris principalibus. scz a corde epate et cerebro. et huius signū est quia talia membra in digestione virtutis semi

valis maxime debilitantur. Et ex illo patet quod coytus sit minime proficuus. sed tamen aliqui asserunt quod predicta sunt intelligenda de coytu excellenti sed non de coytu moderato. Notande sunt alique virtutes que lucide patent in his metris saltem quibus sit licitus: vnde versus Alleuiat corpus coytus moderamine factus. Quibus sit licitus quibus non est valde nociuus

Queritur quare semen viri sit album. cum tamen semen mulieris sit rubeum Respondetur quod in viris est album propter magnam caliditatem et est magis decoctum quia in testiculis dealbatur · quorum caro est alba sicut et caro mamillarum. Sed semen mulieris est rubeum quia est superfluum secunde digestionis que celebratur in epate quia epar est membrum rubeum igitur etc Aliter Respondetur quia menstruum est sanguis corruptus et indigestus ergo habet colorem sanguinis;

Sequitur paragrafus Queritur vtrum sperma descindatur

Queritur vtrum sperma descindatur a membris vel humoribus. Respondetur secundum aliquos quod a membris sicut dictum est Et hoc sic probant quia sensibiliter videmus quod claudus generat filium claudum· Et pater habens cicatricem generat filium habentem cicatricem vt dicit Aresto· in libro de animalibus. Et hoc non fieret si non esset decisio a membris· Sed tamen alij dicunt quod decisio fit ab humoribus quia fit ab vltimo nutrimento modo nutrimentum non est membrum sed humor Sed ad primam opinionem de patre truncato· Respondetur per Arest. in secundo de generatione animalium hoc fit propter imaginationem matris tempore coytus

Quare imaginatio matris de ethiope generat filium nigrum et hoc est verum de alijs opinionibus· vnde refert Albertus magnus quod quedam regina in coytu imaginabatur de vno ethiope in lecto depicto cum imagine magno et distorto et sic concepit et pepit filium nigerrimum Ad hoc respondetur secundum Auicennam quod imaginatio de casu facit hominem cade

re. Et de lepra facit hoiẽ leprosum Sic etiam in ꝓposito imaginatiua est superior formatiua fetus et precipit formare tale quale imaginatum est

Utrũ semẽ viri ingreditur substantiã ⁊ materiã fetus Rñdetur ꝙ vtrũqꝫ semen tam mris ꝙ̃ pris materialiter intrat substantiã embrionis. qꝛ vt lac coagulatũ intrat substantiã casei ita habet se sperma vt coagulum et menstruũ plenitudinẽ habet lactis. Sed illa opinio non videtur valere ergo. rñdetur ſm Arest. ⁊ in alios philozophos ꝙ semẽ viri nõ intrat in substantiã fetus ꝙ ꝓbatur sic. qꝛ sic materia et causa efficiens coinciderẽt qd̃ est ꝯtra philozophũ. Sꝫ ꝯsequẽtia tenet qꝛ semen viri non intrat substãtiã fetus eo ꝙ ẽ principiũ efficiens ipsius pueri sicut domificator est causa efficiẽs et principiũ ipsius domus Item ex alio ꝓbatur qꝛ eadẽ ẽ materia nutrimẽti ⁊ generationis scd̃o de aĩa qꝛ ex eisdẽ sumus et nutrimur. ideo sperma nõ potest esse materia nutrimẽti ſm Auerroim. vñ scd̃m rei veritatem est ita ꝙ semina ambo clauduntur in matrice. Et semen viri disponit semẽ mulieris ad receptionem forme seu anime quo facto cõuertitur in rubeum ⁊ exaltatur per poros matricis qd̃ patet quia solum meustruum est materia fetus

Quare matrix auide ⁊ cupide attrahit semen qꝛ narrat Auerrois ꝙ quedam puella existẽs in balneo vbi vir spermatizauit. Et ab attractione seminis illa puella cõcepit et peperit. Rñdetur ſm Auerroim ꝙ matrix a natura specifica attrahit ipm̃ semẽ vt adamas ferꝝ ⁊ agates calibem. Sic attrahit ipm̃ ad suã ꝑfectionẽ ꝓpriam

Quare mulieres hñt mẽstrua. rñdet̃ scd̃m medicos qꝛ sũt frigide respectu viroꝝ. ẽgo totũ nutrimentũ nõ põt ꝯuerti in eius in sanguinẽ. ergo multa pars transit ĩ mẽstruũ. qꝛ omi in mense a qualibet muliere debite etatis et sana expellũtur. qꝛ ante tredecimũ annũ nõ fluũt. etiã de

co sana qz aliquē mulieres infirme nō patiūtur menstrua
¶ Quare mēstrua fluūt a mulierib⁹. rñdet̄ qz mēstruū ē materia venenosa. nam dicit Aresto. in de generatione aīaliū ꝙ mēstruū recēs ⁊ fluens si tāgit arborē vl̄ ramū arboris virentē talis arbor arescit et deficit ¶ Itē dicit Arest. si canis gustaret de mēstruo tertia die ē rabidus ⁊ stultus. Et si musce tāgunt ipo die moriuntur ⁊ ergo nã sagax omi mense expelli voluit a mulierib⁹ mēstruū tāꝙ inimicū vite et ꝯtrariū. ergo retentū in mulieribus vltra debitū tempus scđm Arestotilem inducit pessimas infirmitates. scz sincopim et extasim ¶
¶ Quare ante tredecimū annū nō fluūt menstrua. Respōdetur qz iuuēcule sūt calide. ita ꝙ bene digerunt totū cibū. ergo menstruū i eis nō generat̄ añ illud tēpus ⁊ per ꝯsequēs nō expellitur. Et hoc ē verꝝ nisi bonitas vel malicia cōplexionis ipediat. ¶ Quare mulieres post quinquagesimū annū nō paciūtur menstruū vt patet per Arest. in hiis metris Adde decē trinis mulieꝝ menstrua cernis. ꝑ quinquagita durat purgatio tota. Ibi rñdet̄ ꝙ mulieres veteres sūt steriles ergo nō hñt mēstrua Aliter Rñdet̄ ⁊ melius qz tūc natura est debilis ⁊ sic non potest ipm expellere ꝓ nimia debilitate. ergo generāt̄ in eis maxime quãtitates immūdicie in vna massa et sic efficiuntur ita immūde vt suo anhelitu inficiunt hoīes. ⁊ ergo tūc in eis tussis abundat ⁊ alia mala. ⁊ ergo scđm ꝯsiliū medicoꝝ abstinendū ē a talibus vetulis. ¶
¶ Queritur quare mulieres totaliter existētes venenose nō inficiūt semetipsas. Rñdetur qz venenū nō agit in seipsū sed i aliud sibi obiectum. Aliter Rñdet̄ ⁊ melius qz mulieres ꝯsuete sūt de tali materia ergo eis nō nocet Refert eñ Albertus magnus de quadā puella q̄ in colonia ad ipm ducebat̄ et comedit oēs araneas nil ei nocentes sed fuerūt sibi cibus aptissimus et dicit Arest. in libro de

regimine principū ad alexandrū regem et narrat sibi de quadā puella que in iuuētute fuit nutrita Veneno et su per illo dicit coumētator scd̄o phisicorū ꝙ quidā hoīes visitati fuerunt comedere venenum sic ꝙ erat eis cibus cottidianus.ꝛc.

Quare mulieres impregnate non patiūtur mēstrua Rn̄det ꝙ tūc mēstruū trāsit i lac ⁊ i nutrimētū fet⁹ ergo mulier ipregnata q̄ patit mēstruū hoc ē signū abortionis

Quare in trib⁹ p̄mis mēsib⁹ mēstruū mulieris ipre gnate ad huc fluit· Rn̄det ꝓpt paruitatē ⁊ nouitatē pueri qꝛ ad huc nō potest sumere totā materiā menstrualem

Quare femelle aialiū brutoꝝ vt volucrū pisciū non paciūt mēstrua.rn̄detur ꝑ arest.⁊ Albertum ꝙ in brutis gressibilibus menstruū transit in materiā piloꝝ.in pisci bus transit in squamas.⁊ in auib⁹ inplumas. Et q̄cunq̧ velit hoc ꝯsiderare bene potest · qꝛ inter bruta animalia femelle magis frequēter sunt irsute q̄ꝫ masculi et femelle pisciū magis sunt squamose.et femelle auium magis sūt pēnose et plumose Queritur quare menstruum recipit nomē a mense·rn̄det qꝛ ē spaciū tpis mensurandi motū lune·qꝛ luna motū suū ꝑficit in viginti nouem di ebus et quatuordecim horis mō luna habet dominiū su per humidū scd̄o metheororū sed qꝛ menstruū est humi dum.ergo capit de nominationē a mense nam humidū crescit luna cres ente et ipsa deficiente deficit

Quare quedā mulieres diucius paciūtur talē fluxū ⁊ quedā breuius.quedam ꝑ sex dies· quedā ꝑ septē. alie vero per tres vt frequēter in om̄ib⁹ . rn̄det ꝙ prime sunt frigidiores ergo plus generatur in eis de menstruo ⁊ ꝑ ꝯsequēs longiori tpe expellitur et alie sunt calidiores ·er go pauca generātur in eis ⁊ breui tempore expellūtur.

Queritur vbi reseruatur menstruū ante fluxū dicūt aliqui ꝙ in matrice, Sed Auerrois hoc reprobat ⁊ dicit

ꝙ matrix est locus generationis. sed tale mẽstruũ ad generationẽ nichil facit Respõdet ipe sicut dicebat de fluxu emoroidarum ꝙ quedam vena circa spinam dorsi ipa menstrua reseruat et huius signũ ẽ quia mulieres isto tpe maxie patiuntur dolorem dorsi ꝑpter eius expulsionẽ a natura

Queritur vtrum mẽstruũ ꝙ omi tpe expellitur et mẽstruũ de quo fetus generat sit idẽ. Rñdet ꝙ nõ, quia primũ ẽ impurũ et indispositũ ad generationem. sed scdm est valde purum et clarum quia sãguis ẽ clarus et aptus generationi.

Quare mulieres ipregnate tpe mẽstrui generãt filios leprosos et ibecilles. Rñdet ut patuit quia ẽ veuenosũ imo venenosissima ẽ mulier mẽstruosa mõ hoc patz i libro de causis cause relucẽt i effectibus. etiã p philosophũ. effectus gerit eqlẽ silitudinẽ sue cause g ille natus male disponitur

Quare mulieres vniformit nõ eodẽ tpe mẽsis paciũtur mẽstrua. quia quedã in nouilunio quedã in plenilunio que͂dã in defectu lune Rñdetur ꝙ hoc est ꝑpter diuersas cõplexiones mulierum. vñ licet oẽs mulieres respectu virorũ sũt flecmatice. tñ mulieres inter se sic se habẽt ꝙ vna est magis sãguinea et alia magis colerica. etc. Modo quelibet lunatio habet quatuor quadras. et ille quatuor hñt cõplexiones: Prima est sãguinea Scda colerica Tertia melancolica. et sic de alijs Mulier sanguinea patitur in prima quadra. colerica in secunda et sic de alijs

Quare mulieres sãguinee paciũtur fluxũ mẽstrui in prima quadra. Rñdet ꝑm Galienũ i libro amphorismorũ. et ꝑm Gwilbertũ in sex principijs ꝙ omẽ tale additũ suo tali facit ipm magis tale. ergo pma quadra lune mulieri sãguinee augmẽtat sanguinẽ. ergo tunc sic expellitur Etiã rñdetur ꝙ luna noua respicit iuuenes. quia tales sũt magis sãguinei q̃ senes iuxta hũc vsum Luna vetus veteres iuuenes noua luna requirit. Quare vt frequẽter oẽs mulieres in fine mẽsis patiunt mẽstruũ. rñde

tur q2 generaliter oēs mulieres sūt flecmatice. mō vltima quadra ē flecmatica. Aliter rñdetur ꝙ hoc ē ꝓpt defectū lune. ergo in eis frigiditas operatur ad multiplicandum illam materiā. ⁊ materia multiplicata tunc expellitur.

Queritur. quare i tali fluxu mulieres patiūtur dolores Rñdetur q2 est similis dolori strāguinee id ē ꝓieccionis vrine paulatim ⁊ guttatim. q2 sicut stranguinea que fit ex potu idigesto vias vrinales subtiles ledit sicut ↄtingit post balneū. sic etiā materia mēstrualis q̄ ē terrestris et indigesta ledit vias ꝑ quas digeri debet et transire

Quare post fluxū mēstrui mulier faciliter ↄcipit Respōdet q2 tūc melius ē disposita ad ↄceptionē q2 est mundata a mēstruis. Vñ vt legitur in exodo cū iudei essent in babilonia i breui tꝑe augmētabātur sup babilones huius nō fuit alia ratio naturalis nisi ꝙ viri iudei nō coiebant cū suis mulieribus nisi essent purificate et mūdate a menstruo et tunc sunt apte ad ↄcipiendum

Quare color mulieꝝ mēstruosaꝝ mutatur in palledinē. Rñdet q2 tali tꝑe calor recedit ab omibus mēbris exterioribꝰ ad mēbra interiora. ad iuuādū naturā ⁊ peliēdum menstrua q̄ priuatio caloris in facie facit palledinē Aliter rñdet q2 mēstrua sunt crudi hūores. ergo ipis fluentibꝰ hȝ decolorare faciē ⁊ ꝑ ↄsequēs inducūt palledinē

Quare mulier mēstruosa abhorret cibū capere. rñdetur q2 natura plus laborat ad expulsionē mēstrui q̄ꝫ ad digestionē. ġ si caperet cibū ille maneret crudus ergo natura sagax hoc nō admittit Quare quedā mulieres sūt steriles ⁊ nō ↄcipiūt. rñdet scd̄m medicos ꝙ ꝓpter multas causas. Aliqñ ex parte viri ē defectus. scꝫ qñ vir est frigide nature tunc semē suū est ineptū generationi. Scd̄a causa q2 semem eius est aliquociēs aquosū nō faciens morā in matrice Tertia causa ē q2 semē viri et mulieris sūt disproportionata vt si vir ē melācolicꝰ ⁊ mulier

sāguinea vel si vir est coleric⁹ et mulier maxime flecmati ca· qꝛ vt patꝫ ex pꝛimo de generatiōe aīaliū ꝛ scđo de aīa Agēs ꝛ paciēs debēt esse ꝓpoꝛtionata alias actio ipedit

¶ Quare mulieres pingues raro ꝯcipiunt. Rńdet qꝛ habēt matricē lubꝛicā ad quā semen receptum labit nec retinet Aliter Rńdet qꝛ tales pingues hn̄t oꝛificia matri cū valde stricta ita ꝙ semen ipeditur. Et si intrat tūc tar de intrat· ita ꝙ semen in medio tp̄e infrigidatur ꝛ sic nō valet ad generationē sed in materiā carneā resoluitur :

¶ Quare mulieres nimis calide raro ꝯcipiunt. Rńdet qꝛ semen in eis extinguitur et cōpꝛimitur· ac si pauca aq̄ i magnū ignē fūderetur. ergo videm⁹ ꝙ mulieres maxie feruētes appetētes luxuriā ꝛ libidinē minime ꝯcipiunt.

¶ Quare mulieres puplice ꝛ meretrices nō cōcipiunt Rńdet ꝙ hoc ē ꝓpt diuersa semina ex quibus eaꝝ instru mēta ꝯcipiēdi destruūtur ꝛ lubꝛica efficiūtur ita ꝙ natu ra seminalis non retinet. vel etiā vnū semē destruit aliud ita ꝙ nullū valet ad generationē Itē nota hos v̄sus Im pedit et semē aliud sil' ꝛ mediāte. quo ipeditur seq̄tur de struccio ꝓlis Itē nota vt patꝫ p̄ Albertū sūmū remediū ē ad ꝯceptionē recipere matricē lepoꝛis puluerisatā ꝛ pu rificatā i potu. q̄ a tota nā specifica opatur ad ꝯceptionē.

¶ Quare quedā mulieres ꝯcipiūt masculos. rńdet secū dū Cōstātinū ꝛ Are· ꝙ si semē cadit ad dexterā p̄tē ma tꝛicis tūc generat masclos. qꝛ hec p̄s ē calida ꝛ caloꝛ scđm p̄dicta opat ad generatōꝫ masculi et ḡ scđm alber. qn̄ de xtra p̄s mlieris maxie tumet ē signū mascli i vtero sꝫ aliꝫ assignāt aliā cāꝫ videlicꝫ qn̄ semē pꝛis hꝫ dn̄iuꝫ sup̄ semē mr̄is tūc generat masclus. sꝫ qn̄ econuerso generat femella

¶ Quare quedā mulieres ꝯcipiūt femellas Rńdetur qꝛ semē ē lapsū ad sinistrū lat⁹ matricis qđ ē frigidū ratiōe splenis adiacentis qꝛ splen cooperatur ad frigiditatē ꝛ il la ē causa femelle. Itē vt dicit Albertus qn̄ mulier post

coptū iacet i latere dextero ɔcipiet masculū Si aūt iacue rit i sinistro ɔciperet femellā q2 semina reclusa ad illā par tē matricis fluūt i q̄ mulier iacet ⁊ tūc tal' fet⁹ illic formatꝛ

Quare mulier hꝫ matricē· rn̄detꝛ scd̄m Auerroim in libro q̄ dicitur colliget. q2 est ꝓrius locus generatiōis et illa ē situata in medio mulieris. sicut cloaca in medio ciui tatis. q2 sicut ad cloacā fluunt oēs immūditie ciuitatatis ita ad matricē fluit sāguis mēstruosus ⁊ immundus.

Quare quedā mulieres portāt pueros lōgos ⁊ gra ciles· ⁊ alie portāt breues et spissos. rn̄detꝛ scd̄m auerro im vbi sup̄ ⁊ etiā ꝭm Galienū· ꝙ puer formatꝛ ꝭm quāti tatē matricis. sꝫ q2 alique mulieres hn̄t matricē longā ⁊ strictā· ⁊ g̊ pueri erūt longi ⁊ graciles· Sꝫ alie ꝑ oppositū dicūtur ergo etiā pueri ꝑ oppositū disponūtur

Quare mulier aliqn̄ cōcepit duos pueros gemellos Rn̄detꝛ scd̄m Galienū i libro de nā hūana q2 in matrice sūt. vij cellule ⁊ receptacula seminis. et tot pn̄t naturalit generari pueri in quot cellulas semē ceciderit ⁊ diuisū fu erit q2 tres cellule sūt in dextero latere ⁊ in illis generan tur tres masculi. Et in sinistro latere sūt etiā tres cellule in quibus generātur tres femelle. Sed alia est in medio illoꝝ vbi aliqui autentici dicūt generari harmofroditā. i. hoiēꝫ habētē mēbꝝ vtriusqꝫ sexus. ergo si mulier pareret vltra vij· pueros hoc pocius esset miraclose q̄ꝫ naturalit

Quare gemelli sūt semi hoies ⁊ nō ita fortes sicud alij vt dicunt leges ip̄os in duellis ꝓ medio hoie reputātes Rūdetur q2 semen et materia que deberet trāsire in vnū fetum cecidit in duos. ⁊ ergo ex hoc debilitantur ⁊ scd̄m rei veritatem nō diu viuunt ut frequenter

Queritur qūo generātur harmofrodite Rn̄detur ꝑ ta lem modū q2 in matrice sūt tres cellule principales · vna in dextro latere ⁊ alia in sinistro latere. tertia vero in me dio i qua semē lapsū dicitur generare harmofroditā per

talē modū q2 natura sp̄ tendit ad melius ergo tendit sp̄ generare masculū et nunq̄ femellā· q2 femella est vir occasionatus et monstruū in natura vt patet in libro de animalibus· ergo qñq3 generatur masculus quo ad oia mēbra principalia. sed tñ tādē ꝓpt idispositionē matricis et obiecti et equalitatem seminis nō possunt pficere masculum pfectū et sic generat femellā· vl' harmofroditā. ⁊ ergo dicūt naturales q̄ harmofrodita sit impotens i membro virili vt patet per experientiam

¶ Quare natura nō disposuit in eo duo mēbra virilia· vel feminalia sed sp̄ vnū virile ⁊ aliud muliebre Rñdet̄ q̄ tunc natura faceret aliqua frustra qd̄ ē ꝯtra Arest. in multis locis. sc3 in tertio de aia primo celi quarto methaphisice vbi dicitur q̄ natura nichil facit frustra et deus.

¶ Queritur vtrum ille sit habēdus ꝓ viro vl' ꝓ muliere Rñdet̄ q̄ ꝯsideranda est quātitas vnius mēbri super quātitatem alterius. et debet ꝯsiderari in quo mēbro sit potens in actu venereo ⁊ si scd̄m actum muliebrē tunc ē mulier· si scd̄m actum virilem tunc est vir

¶ Queritur vtrū ille deb3 baptisari noie viri vel mulieris· Rñdetur q̄ noie viri. Ratio est q2 noia imponuntur ad placitū. ⁊ scd̄m nomē dignius debet baptiszari· q2 omnis vir dignior est muliere. q2 omne agens prestancius est suo passo vt dicit Arestotiles tertio de anima

¶ Queritur vtr̄ deb3 stare in iudicio loco viri vel mulieris· Rñdet̄ scd̄m viā Juris q̄ primo debet iurare antequā admittitur ad iudiciū quo mēbro potest vti ⁊ secūdū hoc ē admittendus iuxta vsum ⁊ potētiā illius mēbri et si vteretur ambobus mēbris equaliter tūc scd̄m sanctā ecclesiā non est tollerandus. Et etiā queritur et soluitur tale ꝓbleuma vtrum ipe potest ꝓcedere ad sacros ordines et respondetur secundum iam dicta

¶ Queritur an natura facit mōstra· Rñdetur q̄ sic. vt

patet tertio phisicoꝝ . q2 si nõ tūc p2iuaret suo fine nã ex possibilibus sp intēdit pducere id qđ melius ⁊ pfectius ē Sʒ tandē ex indispõe materie vel influxu ꝯstellatiõis speciális nõ potēs ē pficere ⁊ sufficiēter pducere intentū . ergo pducit illud ꝙ põt vt cõtigit tempoꝛibus alberti ꝙ in quadã villa vacca peperit vitulū semihoiem . tūc rustici suspicãtes de pastoꝛe huius rei causã variã huic iposuerūt tandē ipm cū vacca volebant cremare. sed Albertus astronimus existens agnoscēs rei veritatē ex ꝯstellatione spāli pdictū istū pastoꝛē a manibs eoꝝ redemit

¶ Hec sunt vba Alberti vidimus bicoꝛpoꝛē ⁊ coꝛpoꝛa In nullo loco erãt ꝯiuncta nisi in doꝛso . sʒ habebat duo capita . quatuoꝛ pedes quatuoꝛ manus ⁊ ibant etiam ad quãcūqꝫ partē vtebant Verba Alberti vidimus hircū non habētem nisi pedes anterioꝛes et partē posterioꝛem sed culū traxerat postea sup terrã. ¶ Verba Alberti narrauerãt uobis . duo hoies in doꝛso ꝯiuncti fuerunt et erant ꝯtrarie cõplexionis . ⁊ cū vnꝰ fuit verecūdus. Alter fuit mãsuetus. ⁊ vixerūt p duos annos. ⁊ vnꝰ p2iꝰ moriebat. alt tã diu supvixit donec exfetoꝛe ifectꝰ moꝛiebat.

¶ Queritur quõ hec fiēt Rñdet ꝙ p talē modū q2 semē fūditur ad cellulas matricis ꝙ p generatione duoꝝ fetuū tūc foꝛte qñqꝫ ꝯtingit ꝙ interstitiū pell mediãs inter duas cellulas rūpitur et in doꝛso ramificãtur ⁊ ꝯiūgūtur habētes duo capita distincta ¶ Queritur vtꝝ sit vnus hõ vel duo. Rñdetur scđm Arest. respiciendū ē ad coꝛ vñ qñ duo sūt coꝛda duo sūt hoies ¶ Quare aliqñ hõ generatur cū magno capite Vel sex digitis in vna manu vel tm̃ cū quatuoꝛ. Rñdet scđm Albertū ꝙ ꝓpt supfluitatē ⁊ nimiã abundantiã materie. vñ qñ materia supfluit tūc generat caput nimis magnū vel sex digiti vel pedes vel alioꝝ supabundãtia mēbroꝝ Sʒ qñ materia deficit tunc generat mēbrū minus quã deberet vl paucioꝛa membra

etsic Albertus et Auerrois distinguūt scd̄o phisicoꝝ secū dū quātitatē discretā et ꝯtinuā ¶ Quare mulier sit mō struū in natura Rn̄det ex scd̄o phisicoꝝ· om̄e occasionatū ē monstruū s; mulier occasionaliter ꝓducta ē ergo ⁊c nisi noꝝ ꝓbat q; natura nūꝙ̄ intēdit generare femellā sed sp masculū s; natura generat qn̄qȝ femellā occasionalit̄ ꝓpt̄ materie indispositionē vt dictū ē prius ¶ Quare q̄dā pueri totalit̄ assimulant̄ pr̄i q̄dā tōliter mr̄i q̄dā vtriqȝ se xui q̄dā neutri parētū· rn̄det̄ s̄m arest. si semē pr̄is totalit̄ superat semē mr̄is tūc puer totaliter assimulat̄ pr̄i si aūt ꝑ oppositū tūc mr̄i· sed qn̄qȝ neutri assimulat̄. hoc ꝯtingit varijs de causis qn̄qȝ ex dispositione primaꝝ qualitatum qn̄qȝ ex īfluxu ꝯstellatiōis celestis et sic refert Albert⁹ ma gnus Exēplū q̄ quondā t̄pe erat bona ꝯstellatio ꝓ gene ratione porcoꝝ et generabat̄ hō h̄n̄s faciē ad lōgitudinē porcoꝝ et scd̄m hoc mōstra ꝓducunt̄ diuersimode ¶

¶ Quare pueri freq̄uētius assimulātur patri q̄ꝫ matri Respōdetur q̄ hoc ē ꝓpt̄ imaginationē matris de dispo sitione patris in coytu· vn̄ ratione fortis imaginationis de qua memoratur tempore ꝯcepcionis puerimaxime at trahūt eius dispositionē aut colorē vt superius patuit de regina q̄ imaginātē de imagine nigra peperit filiū nigrū et rurs⁹ patuit de quadā regina ethiope q̄ t̄pe ꝯceptiōis imaginabatur de albissimo colore. et tunc peperit filiū al bissimū. et idē habetur ex artifitio iacob. qui virgas di scoloratas misit in aquas t̄pe admixtionis ouium ¶

¶ Quare pueri aliq̄n̄ assimilātur auis et atauis pl⁹ q̄ꝫ ꝓprijs parētibus· Rn̄det̄ naturaliter q̄ virtus auorū est imposita in cordibus generātiū. et pōt dici q̄ fit aliq̄n̄ ex sil̄itudine nutrimēti et tūc fet⁹ format̄ ex sil̄itudine auoꝝ.

¶ Quare mēbra pueri sunt diuersimode disposita q̄dā magis dura quedā magis mollia· Rn̄det̄ q̄ hoc est ꝓpt̄ dominiū diuersoꝝ elementoꝝ q; ossa fiūt ex materia ter-

restri ergo sũt magis dura. Sʒ medulla et cerebrũ fiũt ex materia magis aquosa ergo sũt magis mollia Sed ſpũs vitales ⁊ aiales generant ex materia magis aeria et hoc intelligitur de suis mẽbris ex quibus resultãt sicut epar ⁊ cor in quibus principaliter existunt spiritus vitales

Queritur quõ fetus successiue generat Rñdet ꝙ in primis sex diebus semina habent colorẽ lactis. sed in sex diebus sequentibus ab illis sex tũc semina habẽt colorem rubeũ qui transmutat in materiã spissã spissi sãguinis et coagulati nõ fluentis sicut massa carnea qui color est ꝓpinquus dispositioni carnis. sed ĩ duodecim dieb⁹ sequẽtibus post illos illa materia ↄdensat et solidatur vt possʒ recipere organisationẽ et formalisationem qꝛ res fluida ⁊ hũida nõ tenet impressionẽ vt patet ꝑ. Arest. scdo de aia Sic singulis diebus vsq̧ ad partũ aliter et aliter disponitur. Sed quõ fetus ꝑ singulos menses regat ꝑ planetas hoc patet alibi scʒ in boecio. et ille modus trãsmutatiõis seminis patet ĩ his metris. Susceptũ semẽ sex primis credo diebus. Est quasi lac reliquis qđ nouem fit sãguinis ab inde Cõsolidat duodena dies bis nona deinceps effugiat tempus qđ sequens ꝓducit ad ortum

Querit vtꝝ fetus stercorisat ⁊ mingit. rñdet ꝙ non ratio ẽ qꝛ nõ hʒ ꝑmã digestionẽ q̃ ẽ in stomacho. quia cibus nõ venit ei ad os. sed ꝑ vmbilicũ et ergo non vrinat ⁊ sudat que vrina ẽ ꝑsone quãtitatis et reseruat in pelliculis matricis et in partu pueri exiũt ĩ magnã quãtitatẽ.

Quare scd͂m vsum et cursũ nature pueri exiunt vtꝝ matris in nono mẽse. Rñdet qꝛ tũc fetus ẽ totaliter ꝑfectus vel qꝛ sic ↄtingit ꝙ regnat planeta mellifluus ⁊ beniuolus. scʒ Jupiter qꝛ ẽ amicus nature. nã scd͂m astronimos ipẽ ẽ humidus et calidus. ⁊ ergo obtẽperat malliciam Saturni frigidi ⁊ sicci. ⁊ ideo omnes pueri generati in nono mense sunt sani vt frequenter

¶ Quare pueri exeūtes in octouō mēse pⁱt frequēter moriuntur · et illi pueri dicūtur fetus lune. Rñdetur q̄ luna est planeta frigidus habēs dominiū sup fetum · ergo sua frigiditate stringit fetum ita q̄ oportet eū mori. ¶

¶ Quare puer exiens statim flet · Rñdet q̄ pter subitā seperationē a caliditate ad frigiditatē q̄ frigid t ꝫs maxime ledit suā teneritatē Sꝫ alia ratio pōt esse talis qꝛ tūc pueri hñt mēbra mollia et tenera que cōprimūtur cū exire debent p portā matris strictā et angustā. et pcipue cerebrū humidū capite cōpresso de se facit stillare quosdam hūores q̄ petētes exitū p oculos causāt fletū et lacrimas Sꝫ theologi aliā assignant causā videlicet q̄ hoc pter transgressionē primoꝝ parentū et peccatū originale fit.

¶ Quare puer cū exit ponit digitū in os Rñdet q̄ puer exiens a matrice exijt de calido balneo. ergo intrās frigiditatē ponit digitū ad os pter defectum caliditatis ¶

¶ Quare mulieres asserūt q̄ puer exiens clamās i vtero est malū signū · Rñdetur q̄ est malū signum eo q̄ nō viuus exijt · et ergo dicūt theologi q̄dum puer cognoscit se priuari diuino intuitu pter carētiā baptismi ergo tūc clamat Sꝫ naturaliter. Rñdet q̄ clamor ē signū sue passionis et mali qꝛ si maxime nō pateretur nō clamare. ¶

¶ Queritur quō puer exijt Rñdetur q̄ primo capit extendit et si alio modo exiret. scꝫ per crura et brachia tunc interficeret matrē et semetipm ¶ Quare mulieres comedētes cibū infectū generāt abbortiuū. Rñdet qꝛ in illis generatur semā infectū qd̄ semē aīa abhorret et picit ab agro nature. s. matrice qꝛ nō est aptū p forma nobilissima · s. hūana qd̄ ei infūdaret ¶ Quare corea luctatio et saltus faciūt abbortiuū vt aliq̄ mulieres astute bñ sciūt Rñdet qꝛ p talē motū ligamenta embrionis soluuntur et p ꝯsequēs sequitur abbortiuus quia materia diucius retineri nō potest ¶ Quare ictus fulminis

et tonitrua faciũt abbortiuũ. Rñdet qz ille ẽ vapor adbu stiuus. ratione cui⁹ faciliter ledit materiã tenerrimã ipi⁹ fetus intrãs p poros mtris. immo dicit albertus vt si puer actualit viueret in vtero materno p fulmẽ ⁊ tonitruũ inficeretur ¶ Quare mulieres iuuenes ⁊ nõ antiq̃ ꝓpt causas pri⁹ dictas abbortisãt. Rñdet qz corpa mulierũ iuuenũ sunt magis rara et porosa ⁊ graciliora ergo vapor fulminis citi⁹ corpa eoꝝ itrat faciẽdo iteꝝ abbortiuũ. sz mulieres veteres hñt carnes grossas et cõpactas ita ꝙ vapor eas faciliter intrare non pt ergo nõ sequitur talis actio in eis ¶ Quare nimiũ gaudiũ facit abbortiuũ vt vult Arest. Rñdetur ꝙ tpe gaudij matrix depauperatur calore ⁊ p ꝯñs abbortiuus efficitur Eadẽ ẽ ratio Quare timor facit abbortiuum qz tũc calor vadit ad cor subueniẽdo derelinquẽs matricẽ ¶ Quare in principio impregnatiois. s. primo scdo ⁊ tertio mẽse faciliter fiat abbortiuus. Ad illud Galienus pulcre rñdet. qz sicut fruct⁹ pomoꝝ vł piroꝝ in principio facilit cadũt qz ligamẽta adhuc sũt mollia ⁊ debilia. ita etiã de vtero materno ¶ Quare i fine ipregnatiõis. s. septimo octauo et nono mense puer facilit exijt. Rñdet fm Galienũ qz qñ fructus sũt maturi tũc ligamẽta facilit frãgũtur et p ꝯñs facilit cadũt ¶ Quare tpe impregnatiõis ad huc medio. s. in quarto quito ⁊ sexto mẽse difficult fit abbortiuus. Rñdetur qz tũc ligamẽta plus sũt fortificata vł solida ⁊ p ꝯñs tũc cito nõ pñt corrũpi ¶ Quare aliquibus mulierib⁹ maior accidit dolor parturiẽdo. et aliquib⁹ minor Rñdetur ꝓpt multas causa s. aliqñ ꝓpter magnitudinẽ fetus seu fructus. vł qz obstitrix ẽ indocta. etiã aliqñ qz fetus mortu⁹ ẽ. qz tũc nõ hz flexibilitatẽ sz i exeundo ẽ inflexibilis. Sz dolor minor ꝯtingẽs in aliq̃bus p oppositũ fit ¶ Quare hõ nõ hz caudã sicut alia aialia Rñdetur qz hõ est aial cuius ꝓpriũ ẽ sedere. sz hoc nulli aliorũ

aialiū caudas habētiū ē ꝓpriū ¶ Quare balneatores cū aq̄ frigida et nō cū aqua calida expellūt calorē de forna ce·rn̄detur qꝛ ille sūt qualitates ꝯtrarie q̄ maioris actiōis sūt ad inuicē et sic calor in lapidibus melius expellitur

¶ Quare aq̄ calefacta magis ꝯgelatur q̄ꝫ frigida·rn̄detur ꝙ ideo qꝛ talis ē magis rara ꝛ ꝑ ꝯsequēs magis dat ingressum frigiditati ¶ Quare hoīes sūt magis pingues ꝛ crassi circa ventres q̄ꝫ alibi. Rn̄detur qꝛ maxima digestio est in stomacho·ideo partes q̄ sunt magis ꝓpinque stomacho magis/ impiguātur ꝛ incrassantur.ꝛc.

¶ Quare animal post coytum tristatur.respōdetur qꝛ actus luxurie est in se turpis et immundus vt omne animal oborret talem actum sic et homines cū super eo cogitant erubescunt et tristantur

¶ Quare ebriȷ̄ nō hn̄t discretiōꝫ int sapores sicut sobriȷ̄ Rn̄det ꝙ caro lingue ē multū porosa siue spōgiosa ꝛ in se multū capit de hūiditate et magis i ebriȷ̄s q̄ꝫ in sobriȷ̄s ergo lingua repletur hūoribus in eis ex frequenti potatione et sic ex ista repletione caro lingue repletur et organū gustus ingrossat . qꝛ organū gustus ē vena lingue subtili carne substrata ideo ꝓpter ingrossationē mediȷ̄.i·ipius gustus potus ab ipis ebriȷ̄s sūptus nō ꝑfecte sentitur qꝛ ad debitā sensationē requiritur ꝓportio debita mediȷ̄ . et eadem est causa seu ab illo elici potest quare ebriȷ̄ non habent perfectum modum loquendi

¶ Quare oia aialia melācolica hn̄t lōgas aures ꝛ q̄re huiusmodi hoies habētes lōgas aures ꝓut frequēter nō sunt ita sapientes sicut hoies habētes breues vt patet ꝑ Aresto.in libro de aialibꝰ. Rn̄det ꝙ aures generātur ex materia frigida et sicca q̄ dicitur cartilago q̄ est in potentia ꝓpinqua ad os vel ad ossis generationē. sed qꝛ aialia melancolica tali materia abundant. Ergo habent longiores aures exquo habent materiam sufficientem et habū

dantem p auriū generatione et sic tūc aures abundantes generātur et hec est eadem causa

Quare sūt semi fatui qz aīe sequunt corpa nā si sēsꝰ corpis sūt subtiles tunc aīa exercet subtiles opatiōes tam practicas q̄ speculatiuas et p oppositū ē de corpe grosso.

Queritur qūo anima intellectiua coniūgitur puero i ventro matris .s. vtrū pr̄ generās disponit materiā ad receptionē anime intellectiue. Rn̄detur breuiter theoloice q̄ materia fetus sufficienter disposita deus infundit animam intellectiuā et hoc idem vult beatus Augustinꝰ dicens anima creando infuuditur ꝛ infundēdo creatur

Solutis et motis pbleumatibus de partibꝰ corpis humani ex varijs dictis. Arestotilis ꝛ aliorum phōꝝ et medicorum codicibus lucide electis sequuntur alia probleumata vtilia quorum primum est tale

Quare lepores apertis oculis dormiūt. Rn̄detur qz habēt oculos p̄minētes et palpebras breues ꝛ sic cū difficultate claudūtur Alia pōt esse causa qz sūt aīalia timorosa. vt se custodire possūt apertis oculis dormiunt.

Quare corui nō cibāt pullos suos an̄ nouē dies. rn̄detur. qz vidēt eos non esse eiusdē coloris seu non ꝯformes colori suo. et ideo putāt eos esse tāq̄ plez alienā. sz tn̄ deus omp̄s pascit eos p illos dies rore celi. vnde psalmista Qui dat iumētis escā ipoꝝ Quare ouis et colūba sunt aīalia mitissima Rn̄detur q̄ carēt felle ergo. ꝛc. quia fel cōmouet iram vt patet ex predictis

Quare aues habēt testiculos ad intra Rn̄det. si haberent eos ad extra impedirent eaꝝ volatum ꝛ leuitatem

Quare auicule nō mingūt. Rn̄det qz illa supfluitas q̄ deberet ꝯuerti in vrinā. ꝯuertit in pēnas ꝛ huius signū ē. qz in pēnis mlta apparet hūiditas. Alia ratio. qz sūt in ꝯtinuo motu. ꝛ ergo multū humidū i eis exsiccat p aerē ꝛ ventū Quare oua oblōga efficiūt mares et ob

rusa femellas Rñdeť sicut vult ypocras q2 calidi ē mittē re a centro ad circūferentiā frigidi. vñ si oua sūt longa si guū ē ꝙ hñt multū de caloze. iō trāseūt ad materiā masculi. q2 in oīi genere aialiū masculus ē calidioz femella teste philozopho. si vero oua sūt obtusa signū est ꝙ caloz ī eis ē dispsus et remiss⁹ ideo tendūt ad materiā femelle

Quare melius auditur de nocte ꝙ̄ de die. rñdeť ſm Arest. q2 de nocte maioz est tranquillitas ꝙ̄ in die q2 sol nō hñ eleuat vapozē in nocte sicut in die. ideo tūc mediū ē melius dispositū. ꝛ p ipm melioz fit motus q̄ dicitur sonus. Alia ratio est q2 in die plures fiūt motus aeris ꝛ soni ꝙ̄ in nocte. q̄ se mutuo impediūt. etiā in nocte est magis silentiū qd̄ ē oppositū sono. sȝ q2 opposita iuxta se posita magis elucescunt. ideo de quāto opposita sunt iuxta se posita de tanto se notificant

Quare hō tact⁹ sub ascellis citius ridet ꝙ̄ tact⁹ ī alio mēbro ad hoc. rñdetur q2 ibi ē ꝯcursus pluriū neruorū ꝛ q2 etiā mediū tactus .s. caro ē ibi subtili⁹ ꝛ ergo ibi fit maioz et subtilioz sensatio. et hoc ē verū si taľ locus nō nimis tāgitur. q2 si fieret p excellēs sensibile tūc ibi non fieret talis delectatio ꝛ quādo sic tāgitur tūc ibi fit diffusio spirituū ex multis neruis ibi collectis tādem spūs venit ad faciem et sic inde causatur risus

Quare lignū adustū v̉titur in carbonē ꝛ os adustū vertitur in corpus albū Rñdetur ꝙ lignū añ eius adustionē est sufficienť hūidū ꝛ sic post adustionē acq̄rit in se calorē accidētaliť ꝛ ille caloz hūidū in ligno tōliter ꝯsumere non potest. et sic remanet humidum post adustionē. et ꝯuertitur in corpus nigrū eo ꝙ humidū in ligno fuit satis viscosum et nō potuit sub isto. ꝛ in toto consumi

Quare os sit albū. rñdeť q2 os ex sua natura ē frigidū ꝛ siccū. modicū hñs i se de hūiditate q̄ p adustionē totaliter ꝯsumitur: ꝛ sic p accidēs humido ꝯsūpto: os albescit

Quare aliq̄ magis delectātur in colore albo ꝛ aliqui in colore nigro Siliter Quare alique mulieres plus diligūt viros albos ꝛ aliq̄ viros nigros. Rñdet ꝙ hui⁹ duplex ē causa Prima q꞉ aliq̄ hñt visū debilē et iste magis delectātur i nigredine q꞉ albedo ꝓpt sufficiens lumen sup naturā lucis quā in se hꝫ magis ledit visum ꝙ nigredo· Scđa causa q꞉ om̄e sile applaudet suo sili. sꝫ q꞉ quidā ex natura calide sunt. et istemagis delectātur in nigredine q꞉ nigredo seq̄ calorem sed quedā frigide ꝛ iste magis delectāturſi albedine q꞉ frigiditas est mater albedinis

Quare aīalia dormiūt Rñdet ꝙ ꝓpt necessitatē q꞉ ex lōgitudie diuſoꝝ actuū organa sūt fatigata· sꝫ ꝑ requiē q̄ fit i sōno reformant vt ptꝫ i de lōgitudie ꝛ breuitate vite

Quare studētes statim post prandiū volētes studere impediūtur ꝑ somnū et tpe solacij nō. rñdet q꞉ cū aliq̄s dat mētē ad studēdū tūc calor naturalis egreditur ad intra a mēbris exteriorib⁹. et sic ꝑ ꝯgregatlonē fortificatur et sic facit ascēdere fumū cibalē usqͣ ad cerebꝝ et sic causatur sōnus ꝑ ingressiouē fumi. vel pt dici ꝙ ideo q꞉ cum v̄tus aīalis intēditur tūc naturalis remittitur Sꝫ qñ hō ē in solatio tūc ꝑ solatiū calor naturalis diffūditur et nō ꝑmitit fumū ascēdere ad cerebrū ita ꝙ hō nō dormit· sed dilatatur ꝑ totū corp⁹ ꝛ ꝑ ꝯsequēs solatiū impedit sōnū

Quare post labores hoīes libēter dormiūt. rñdet q꞉ in labore calor dispergitur ꝑ ꝯtinuū motū ad membra exteriora· qui ecōuerso post laborē ad interiora colligitur circa loca digestiua. et facit digestionem a qua fiunt vapores q̄ ꝓcedūt a corde ad cerebrū ꝛ obstruūt meatus ꝑ quos calor nālis ad membra exteriora deberet diffūdi et sic infrigididatis istis· ꝛ ingrossatis mēbris exteriorib⁹ ex frigiditate cerebri tūc causatur sōnus ex hoc patet. q꞉ qui multū bibūt ꝛ comedūt· multū dormiūt ꝛ diu· eo ꝙ exinde resoluitur multus et magnus vapor qui nō potest bene digeri et consumi a calore naturali. ꝛc.

¶ Quare multum dormientes sűt indispositi et male
colorati. Respondetur ꝙ in somno colliguntur mul-
te humiditates que in vigilia expelluntur que nō possunt
in corpore consumi et sic petunt cito eijci. petentes tamē
exitum. et superficiem corporis ⁊ precipue ad faciem ⁊ sic
causant malā dispositionem seu malū colorem vt patet
notāter in flecmaticis qui pre ceteris sűt lōgiores somni.
¶ Quare aliquibus apparet in somno ꝙ comedunt et
bibunt aliqua dulcia. Rn̄detur ꝙ flecma eleuatum stil-
lat ad fauces ⁊ ad guttur. tale flecma quodāmodo ē dul
ce igitur in eis apparet hoc
¶ Quare aliquibus apparet ꝙ sűt in aqua ⁊ submergū
tur. ⁊ aliquibus ꝙ sűt i aquis ⁊ non submergūtur et hoc
ꝯtingit maxime flecmaticis. Rn̄det̃ scd̄m Arest. ꝙ huius
causa ē q₂ qn̄ materia flecmatica fluit ad superiora tunc
apparet illis ꝙ sint in aqua ⁊ submergunt̃. s₃ qn̄ fluit eis
ad inferiora tunc apparet eis ꝙ euadunt. Alia potest esse
causa ꝙ nimia repletio seu ebrietas. vn̄ cum hō est reple
tus nimis tūc fumi sursū ascendūt ⁊ multiplicātur ⁊ ide
apparet ꝙ debent submergi seu strāgulari. si aūt non po
test tam maxime ascendere tūc apparet ac si euadunt.
¶ Querit̃ vtrū aliquis potest facere somniū ab extrin-
seco. Rn̄detur ſm Arest. ꝙ sic ⁊ ꝑ illū modū q₂ si aliquis
alicui remisse loquitur ad aures sic ꝙ ipe eū excitaret tūc
ex cōmotione spirituum in capite tonitrua fiūt vel aliqđ
aliud silenciū et sic de illo fieret eis somniū et sic sepe ali-
quis ex reuelatiōe diuina potest habēre somniū et de deo
glorioso ip̄m in somno honorando cui siquidē conditori
vniuersi filioq₃ virginis illibate. condigna laus et gloria
gratiarumq₃ actio sit nunc et semꝑ ꝑ infinita secula secu-
lorum. Amen.

¶ Finiunt Probleumata Arestotilis

Leaf e6 (blank) missing

p. 36 blank, missing